

Stephanus Galdeti

*Utrum per ea que filius Dei
passus est aut egit in carne
aliquid meruit de condigno*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Utrum per ea que filius Dei passus est aut egit in carne aliquid meruit de condigno**

Prima conclusio, que est MAGISTRI Sententiarum in 3, distinctione 18, capitulo, est talis: Dei filius, Dominus Ihesus, non plus meruit per ea que passus est aut egit in carne quam meruit a principio sue conceptionis instanti. Ad istam conclusionem adducit Magister GREGORIUS dicens ad propositum: || “non plus sibi meruit Christus per crucis patibulum quam a conceptione per gratiam virtutum”. Et infra: “profecit Christus quantum ad meritorum numerum, plura enim habuit merita in passione quam a conceptione, sed maioris virtutis non extiterunt plura in merendo quam antea extiterant pauciora”.

Ex hac conclusione sequitur quod Christus meruit sibi impassibilitatis corporis ac reliquas dotes corporis quas post resurrectione habuit meruit finalem ab initio sue conceptionis. Quoad primam partem patet per eundem capitulo primo dicens: “meruit sibi impassibilitatis et immortalitatis gloriam, sicut ait APOSTOLUS: *Christus factus est obediens usque ad mortem propter quod et etc*”. Et subdit: “humilitas ergo passionis meritum fuit exaltationis, et exaltatio premium humilitatis”, sed quod non solum patet in secundo capitulo: “meruit enim a conceptione gloriam impassibilitatis, sed per quid per obedientiam et voluntatem perfectam, quam tunc non primo habuit cum pati cepit aut mori, sed supple ab instanti sue conceptionis”.

Sequitur etiam secundo quod huius dotes et exaltationem seu manifestationem sui nominis de quibus APOSTOLUS supra loquitur Christus habere potuit absque merito saltem passionis, patet ex conclusione et hoc concedit MAGISTER in quarto capitulo dicens primo querendo: “An Christus hec sine merito habere potuit, sane inquit dici potest, quia humanam naturam ita gloriosam suscipere potuit, sicut in resurrectione extitit nomenque suum aliter hominibus manifestare potuit”. Et post pauca: “potuit hec assequi sine merito passionis, quia per passionem sibi nichil accrevit quod ante non habuit per virtutes”.

Confirmatur de dotibus, nam ille fuissent et redundassent in corpus

1 utrum] solum pone que per actoritatem potuerunt probari *add. in marg. sup. P1* 2 condigno] surgens secutus est eum *add. sed del. P1* 4 plus] nec plura *add. sed del. P1* 5 principio] *sup. lin. P1* 7 sibi] *in marg. P1* 13 habuit] non solum per obedientiam usque ad mortem, sed etiam *add. sed del. P1* 14 meruit finalem] *sup. lin. P1* 20 gloriam] humilitatis *add. sed del. P1* impassibilitatis] *p. c. sup. lin. P1* 25 merito] *sup. lin. P1* 27 sane] vacat *add. in marg. P1* 31 virtutes] hic hinc prime conclusionis *add. in marg. P1* 32 confirmatur] hic finis prime conclusionis *add. in marg. P1* et — corpus] *sup. lin. P1*

secute naturaliter ad essentialem beatitudinem ab initio conceptionis nisi divina dispensatione fuissent miraculose suspense etc., ut dicunt doctores propter quod dicit SCOTUS quod non proprie meruit illas, sicut nec essentialem beatitudinem, sed amotionem impedimenti.

5 Quomodo intelligitur illud propter quod dedit illi nomen quod est super omne nomen dicit MAGISTER quod hoc dicitur secundum illum tropum in *Scriptura* || creberimum quo dicitur res fieri quando innotescit quod enim ante resurrectionem ignotum erat post in evidenti positum est, ut hoc scirent homines et demones. Adverte quomodo
10 factum est, ut homo esset Deus in senso composito.

P2 165v

Si tantum meruit ab initio etc. etc. non voluit dicit MAGISTER, ut daret perfecte obedientie et humilitatis exemplum, ut satis patet in collecta Dominice in Ramis Palmarum, et APOSTOLUS dicit quod *ex his que passus dedit seu potius docuit obedientiam*.

15 || Secunda conclusio que est SANCTI THOME in tertia parte conclusione 19, articulo tertio, in responsione et DOCTORIS || SUBTILIS in tertio super distinctione 18.

P1 102v

P2 166r

In conclusione prima de ista materia et est conclusio talis quod Christus per nulla que passus est aut egit in carne sibi essentialem beatitudinem meruit, nec de congruo, nec condigno, unde SANCTUS THOMAS adducens contra premissam conclusionem instantiam quod nobilius est aliquid habere per meritum quam sine merito respondet. Respondet quod verum est nisi illud sit tale quod eius carentia magis premeditaret dignitati Christi quam per meritum habere acresceret. Et
20 DOCTOR SUBTILIS respondendo dicit quod verum est de eo quod per meritum potest haberi, huiusmodi autem beatitudinem in Christo nullus actus bonus tempore, ymo nec natura precessit, ut declarat infra.

Sequitur statim ex ista conclusione clare quod Christus quoad aliquid varie et diversimode beatus extitit ab aliis beatis. Patet nam in aliis
30 beatis beatitudo seu beatifica fruitio est premium et non meritum, in Christo vero econverso eius beatitudo non fuit premium, sed fuit meritum. Quod non premium, patet ex conclusione.

Quod fuerit meritum finaliter expresse ponit DOCTOR SUBTILIS

4 impedimenti] nota add. in marg. P1 5 propter quod] sup. lin. P1
10 composito] nota add. in marg. P1 12 humilitatis] humilitis P1 16 in
responsione] sup. lin. P1 20 nec² — condigno] sup. lin. P1 24 dignitati
Christi] sup. lin. P1 acresceret] dignitati add. sed del. P1 ; sup. lin. P1
28 sequitur] ex probatione Scoti infra quod non fuit premium sed meritum add. in
marg. P1 quoad aliquid] sup. lin. P1 31 premium] p. c. P1 32 quod]
p. c. P1 33 quod] absque pluri add. in marg. P1 finaliter] sup. lin. P1

ubi supra cuius ratio potest assignari, nam sicut in quolibet iusto viatore omnis bone volutiones meritorie procedunt a dilectione Dei super omnia, sicut volutio eorum que sunt ad finem a volutione finis, sic in Christo a sua fruitione de Deo relique volutiones sue processerunt, et per consequens, si ille fuerunt meritorie et ista. DOCTOR SUBTILIS assignat aliam causam, quia non videtur ratio quare talis actus positionis superioris non possit a Deo acceptari ad premium et si non pro se tamen pro aliis et si sic non videtur quin possit poni meritorius. Et tunc discutandum est de esse in trio.

Infer uterius iste doctor et sic pro secundo corollario quod non claudit contradictionem sic esse de aliis beatis*, puta de Michael et Petro quamvis non sic sit de facto, quia sunt totaliter secundum totum suum subiectum et secundum omnem* positionem extra statum merendi.

Sed † dubium utrum talis actus beatificus in Christo sive fruitio in se respectu verbi sit meritorius vel ut tendunt in relucentia in verbo, puta Matrem et aliquos electos dicit quod utroque modo.

Dubitatur utrum potuit esse meritorius primo instanti. Dicit hoc esse vel fuisse possibile propter habuisse omnia merita*, sed in hoc supponit creaturam posse agere in instanti, puta volutionem, sed quidquid sic de hoc sufficit dicere cum MAGISTRO quod ab instanti potuit, ymo fuit meritum etc.

Dubitatur an meruit beatitudinem, ut supra tactum est. Dicit quod non, quia illa fruitio circa finem natura precessit omnem actum bonum quin* habere potuit circa ordinata in finem visa in verbo, ideo non potuit esse premium illorum, nec sui ipsius, quia tunc nulla esset dicere nisi quod habuit fruitionem, quia habuit fruitionem. Deus ergo liberaliter illam sibi dedit.

Et istud non est mirum quod non est laus nobis, si per merita habemus gloriam cum non sint nisi quedam Dei dona. Vide* poeta: "nil Deus in nobis" etc. Item *omnia bona opera in nobis operatus es, Domine*, dicit PROPHETA et APOSTOLUS *quid habes* quod non accepisti? Quod ergo gloriaris* etc.

¶ Tertia conclusio sit hec: Christus per ea que passus est aut egit in carne non solum per modum oblatis pretii, sed per modum operis meritorii illa que nobis meruit de condigno. Hanc pono cum uno doctore

P1 103r

5 ista] abbrevia hec ut tradidisti *add. in marg. P1* 11–12 et Petro] *sup. lin. P1* 13 merendi] finis conclusionis *add. in marg. P1* 23 circa finem] *sup. lin. P1* 29 non] *sup. lin. P1* 33 tertia] magis ponit ad excellentiam dignitatis meriti Christi et est Parisiensis quamvis non de antiquis *add. in marg. sup. P1*

P2 166v

Parisiensi contra unum doctorem alterius studii, scilicet || Magistrum THOMAM BREDWARDINUM qui oppositam ponit. Et est conclusio Magistri HUGHELINI, quia de hac materia in antiquis non habui tempus investigandi. Pro probatione michi deberet sufficeret sua actoritates, nam probationes sue multiplices sunt et subtiles, sed pro nunc tantum adduco in sententia. Nam ad modum loquendi suum quodlibet huius operarii habuit circumstantiam non solum infinite bonam in se, sed infinite augmentem bonitatem et imputabilitatem actus sed personam filii Dei, a qua tanquam a merente huius, que non solum fuit principium efficiens huius operis quamvis enim alii actus etc. effective generaliter vel specialiter influendo, sicut ipse et alie divine persone sunt principium in omni actu, ymo tanquam merens merito creato humanitatis Christi unde et patiebatur et diligebat et orabat et vigilabat etc. Non declaro gratia brevitatis et inde frequenter hoc confitetur *Scriptura dignus est agnus qui occisus*. Accipere librum et similia investiga.

Sequitur corollarie ut ipsemet infert quod licet persona Christi ex proprio valore operata fuerit secundum naturam assumptam tamen hoc fuit ex gratuita eterna Dei electione ex qua predestinatum fuit, ut humanitas illa verbo Dei personaliter uniretur et secundum illam operaretur. Unde AUGUSTINUM in libro *De predestinatione sanctorum* ex gratia Dei est ista nature humane tanta et tam excelsa subvectio, ut quo attoleretur altius non haberet. Et etiam adhuc est aliud commune dictum in rebus per tempus arcis summa gratia fuit, ut natura humana uniretur verbo in unitate suppositi etc.

Sequitur secundo quod condignitas huiusmodi meriti et divina gratuita bonitas respectu eiusdem meriti non repugnant. Patet ex precedenti corollario et ex multis dictis APOSTOLI dicens: *iusti gratuitatis in sanguine ipsius pacem habemus ad Deum*, et item ad Eph. 1: *predestinavit nos in adoptionem filiorum per Ihesum Christum* in id ipsum secundum propositum voluntatis sue in laudem glorie gratie sue, qua gratificavit || nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem in sanguine ipsius. Ubi patet non obstante condignitate Christi meriti triplex gratia Dei, scilicet qua gratis eternaliter proposuit aliquorum misereri. Secunda qua voluit verbum tamen in humanitate suppositare

P2 167r

2 ponit] abbrevia hec add. in marg. P1 7 operarii] probatio add. in marg. P1
 9 a qua — huius] sup. lin. P1 10 quamvis — etc.] sup. lin. P1 22 est]
 p. c. P1 25 sequitur] infra add. in marg. P1 huiusmodi] sup. lin. P1
 26 bonitas] contra Bredwardinum qui ponit quod esto quod fuisset infinitum etc.
 add. sup. lin. P1 27 iusti] p. c. P1 28 gratuitatis] per gratiam ipsius
 add. sed del. P1 29 predestinavit] predestiavit coni. P1 32 ipsius] vacant
 multa add. in marg. P1 condignitate] dignitate a. c. P1 33 qua] sup. lin.
 P1

operarii. Tertia qua voluit talem operarii nobis applicari in redemptionem satisfactionem et meritum.

Ex quibus apparet contra BREDWARDINUM quod sicut ipse concedit Christum satisfacisse condigne per modum oblatis pretii et tamen Deum gratissime nos reconciliasse etc., sic etiam de mereri dici potest, nam etiam condigna acquisitio vel redemptio indultorum liberrime videntur obviare.

Sequitur quod Christum meruisse de condigno et ex divina gratia non repugnant, sicut nec condignum premium.

|| Fundantur argumenta pro et contra in illis actoritatibus voca operarios et redde illis mercedem dignus est mercenarius etc. Et item none denario divino convenisti mecum, igitur multo magis pastor principalis ut alibi.

P1 103v

Ad oppositum, quia dicitur APOSTOLUS quod non sunt condigne passiones huius temporis loquitur generaliter, et etiam eadem causa manet in Christo propter temporalitatem et eternitatem, etiam aliqui sancti maiora videntur passi fuisse.

Excusa te propter tuam ignorantiam et mentis obscuritatem suam excellentiam et gradus actoritatem tantam asistentiam et cetus nobilitatem.

Nichil dicet contra fidem catholicam, contra bonos mores, favens articulis condemnatis.

Aliter dum considero vestram excellentiam et gradus actoritatis meam subiacentiam et mentis obtusitatem tantam asistentiam et cetus nobilitatem dubii latentiam et eius profunditatem non mirum, scilicet proposito dubio habeam metum et timiditatem.

Confideo tamen primo de Dei adiutorio, vestro directorio, magistrorum correctorio, audientium suppositorio.

Protestatione quarti premissa etc.

Proponitur questio quod sit || mercenatus per ea que patitur aut agit in carne etc., igitur consequentia nota, per locum A maiori, quia

P2 167v

3 sicut] ap *add. sed del. P1* **9** premium] et sic non valet ratio quia ex gratia Dei *add. in marg. P1* ; et per consequens contra Bredwardinum *scr. sed del. P1* **16** temporalitatem] *pr add. sed del. P1* **17** fuisse] *pro add. sed del. P1* **23** aliter] nota allegandi dedit illi nomen de Lira Hebr. *add. in marg. P1* **26** proposito dubio] *in marg. P1* habeam] *p. c. P1*

minus etc. per parabolam Salvatoris Ioh. 10. Et antecedens patet per aliam parabolam *dignus est mercenarius* Luc. 10.

Ad oppositum *non sunt condigne passionες* Rom. 8 huius temporis, igitur nec Christi. Antecedens est APOSTOLI. Consequentia patet logice, quia proponitur negatio, et etiam theologicē per APOSTOLUM II Cor. 4 alibi dandi causam antecedentis que habet locum in Christo. De temporali et eterno.

Contra secundam conclusionem probatur quod Christus ex sua passione aliquid sibi meruit de premio essentiali, quia per meritum passum Christus, ut hoc vidit in verbo eternali se obedisse, Patris preceptum inplevisse, in Deum per fervorem fruitionis magis elevatum, inde nomen filii Dei sibi promeruisse adoptaret ampliorem gratie, igitur probandum verum.

Antecedens quoad primum patet, quia ante non vidit hoc infallibiliter et necessario, sed contingenter ex libero arbitrio tam Dei quam Christi morientis libere, quia oblatus est, quia voluit. Quoad secundum, quia absque deloti corporis atque tristitia toto mentis conatu in Deum se percepit elevari, cum scilicet elevata est magnificentia eius super omnis celos etc. In Ps.

Quoad tertium, quia vidit se in verbo fore filium et heredem universorum, quia Christum secundum humanitatem Deus constituit heredem universorum Hebr. 1.

Consequentia probatur, quia in visione et fruitione deitatis beatitudo essentialis consistit, sed quod de condigno et etc. Non est econtra.

|| Utrum per ea que Christus passus est aut egit in carne aliquid meruit de condigno P1 104r

Prima conclusio que est MAGISTRI sit hec: Christus non plus meruit sibi per ea que passus est etc. quam meruit a primo sue conceptionis instanti. Tertio *Sententiarum*, distinctione 18, capitulo 1.

Probatur actoritate GREGORII dicentis ad propositum: non plus meruit Christus sibi per crucis patibulum quam a conceptione per gratiam virtutum. Et infra: Christus profecit quoad meritorium minus, plura enim huic merita in passione quam a conceptione sed maiorum virtutum non extiterunt || plura in merendo quam antea extiterant P2 168r

pauciora. Ex his patet conclusio.

1 Ioh. 10] *sup. lin. P1* 2 Luc. 10] *p. c. P1* 3 Rom. 8] *sup. lin. P1*
 4 consequentia] quod enim in presenti tribulationis momentaneum et leve etc. *add. in marg. P1* 5–6 II Cor. 4] *sup. lin. P1* 21 Christum] *sup. lin. P1*
 25 utrum] *questio add. in marg. P1* aut] *gessit add. sed del. P1* 27 prima conclusio] *iter. in marg. P1* 28 sibi] *sup. lin. P1* 30 probatur] *probatio add. in marg. P1* 33 a] *p. c. P1*

Ex hiis sequitur primo quod Christus meruit impassibilitatem ac reliquas dotes corporis quas habuit post resurrectionem a primo sue conceptionis instanti. Patet ex conclusione, et MAGISTER 2 capitulo hoc ponit dicens: “meruit enim a conceptione gloriam impassibilitatis, sed per
5 quid per obedientiam et voluntatem perfectam quam tunc non primo habuit cum pati cepit aut mori”, sed supple a primo sue conceptionis instanti.

Sequitur secundo quod huiusmodi dotes Christus habere potuit absque sue merito passionis. Patet ex predictis et MAGISTER 4 capitulo
10 hec dicit: “dicens potuit hec assequi sine merito passum, quia per passionem sibi nichil accrevit quod ante non habuit per virtutes”.

Secunda conclusio que est SANCTI THOME in tertia parte questione 19, articulo 3 et DOCTORIS SUBTILIS in tertio, distinctione 18, questione prima: “Christus per ea que passus est aut egit in carne suam
15 beatitudinem essentialem non meruit nec de congruo, nec condigno”.

Unde respondendo ad illam obiectionem qua obicitur quod melius est habere aliquid cum merito quam sine merito respondet SANCTUS THOMA quod verum est nisi illud sit tale quod eius carentia magis derogaret dignitati Christi quam per habere per meritum eidem accresceret.
20 DOCTOR SUBTILIS respondet quod verum est si illud sit per meritum tali possibile sic non est, est hic eo quod in Christo huiusmodi beatitudinem nullus actus bonus in eo processit tempore vel natura, ymo ipsa fuit radix omnis atributus in eo. Ex responsione SCOTI cum sua probatione.

Infertur tale corollarium quod beatitudo essentialis in Christo non
25 fuit premium, sed potius meritum et hoc ipse ponit modicum ante in eadem questione patet sequi. Et ratio potest assignari, nam sicut in aliis iustis a dilectione finis meritoria etc.

Infert ipse ulterius quod sic fieri aut esse in aliis beatis non claudit repugnantiam, puta in Michaeli vel Petro non tamen sic est ut dicit,
30 quia sunt totaliter secundum totum suum subiectum extra || statum merendi.

|| Tertia conclusio est cuiusdam doctoris Parisiensis quam pono
contra quemdam alterius studii que talis est per ea que Christus passus est aut egit in carne non solum per modum oblatis pretii sed per modum

P2 168v

P1 104v

1 primo] corollarium *add. in marg. P1* 8 secundo] corollarium *add. in marg. P1* 12 secunda conclusio] *iter. in marg. P1* 13 distinctione] *p. c. P1* 16 respondendo] *probatio add. in marg. P1* 22 bonus] *sup. lin. P1* 24 corollarium] *iter. in marg. P1* 28 infert] corollarium *add. in marg. P1* beatis] *sup. lin. P1* ; viatoribus *a. c. P1* 31 merendi] *pro et contra excusationes protestationes add. in marg. inf. P1* 32 quam pono] *sup. lin. P1*

operis meritorii illa que Christus meruit de condigno.

Probatio sua stat in hoc nam quodlibet huiusmodi operari habuit circumstantiam non solum infinite bonam, ymo infinite bonificantem, dignificantem et infinite augmentem bonitatem et impassibilitatem actus.

5 Nam quodlibet tale fuit a persona Filii non solum agente, ymo ut merente per illud igitur de Trinitate, de Filio, create est.

Infert corollarie quod licet persona Christi ex proprio valore operata fuerit secundum naturam assumptam ac meruerit. Hoc tamen fuit ex gratuita Dei eterna electione ex qua predestinatum fuit, ut humanitas
10 illa verbo Dei personaliter uniretur. Et secundum illam operaretur ipsum verbum, unde AUGUSTINUS in libro *De predestinatione sanctorum*: “ex gratia Dei est ista humane nature tanta et tam excelsa subventio, ut quo attolleretur altius non haberet”. *In rebus per tempus ortis*.

Secundo infertur quod nulla est repugnantia Christum condigne
15 meruisse et tamen ex divina gratia seu ex Dei grata eterna electione. Patet ex dictis unde hoc APOSTOLUS frequenter combinat dicendo: *nos iustificatos gratis et tamen in sanguine ipsius* etc. Patet etiam ista possibilitas ex positione adverse partis, nam sicut cum oblatione condigni pretii pro nobis stat per ipsos divina gratuita eterna electio,
20 ita in proposito.

Ex his ad quesitum.

Ad rationes in oppositum que fuerunt. Prima, pro conclusione talis ‘mercenarius per ea que patitur aut agit in carne meretur de condigno, igitur principalis pastor’ etc. Antecedens Luc. 10: *dignus est mercenarius*
25 etc. Consequentia per locum a minori et per parabolam Ioh. 10: *ego sum pastor animam, mercenarius autem* etc.

Ad oppositum Rom. 8 || non sunt digne passum, igitur nec Christi. Consequentia patet logice propter negationem et etiam propter id quod innuit II Cor. 4: *quod enim in presenti tribulationis momentaneum*
30 etc. Videtur enim inproportionalitas, temporalitas eternitati etiam in Christo.

Reverendes patres dum considero: vestram excellentiam et gradus actoritatem, meam subiacentiam et mentis obscuritatem tantam asistentiam et cetus nobilitatem dubii latentiam et eius profunditatem
35 non mirum si habeam metum et timiditatem.

Confidens tamen de: Dei adiutorio speciali, vestro directorio paternali, vestro corectorio magistrali, patrum auditorio fraternali, utar responsio

1 condigno] opus operans opus operatus oblatio res oblata *add. sed del. P1*
4 dignificantem] *sup. lin. P1* 6 create est] *sup. lin. P1* ; de Spiritu Sancto
add. sed del. P1 7 corollarie] 4 *add. in marg. P1* 26 animam] *sup. lin. P1*
27 ad oppositum] 4 *add. in marg. P1*

taliquali.

